

Nunc quomodo institutam effigiem metiri possis ostendam. Sit autem verbi causa prima effigies uirilis depingenda hominis bene habiti et agrestis cuius staturæ caput septimæ sit partis / Lineam rectam transversam ducito, in eam perpendiculares lineas tres imposito, eius spacij cuius effigiem futuram proposuisti. Harum autem linearum trium prima oblique imagini tribuet, altera aduersæ, Tertia, auersæ. His lineis paralelis hoc quo dixi modo dispositis, Mensuram adhibeto altitudinis membrorum id est partium notabilium a summo capite usq; ad imam plantã. Ea q; ratione animaduertes in exemplis nos per lineas perpendiculares transversas equaliter siue directe ductis, peruestigatam membrorum altitudinem, suisq; numeris distinctã notasse, ubiq; ad mensurã partis numero adiecto quo intuenti statim innotesceret totius huiusce rationis certitudo, præcipuas vero transversarum linearum has inuenies / sæpe tamen plures sæpe pauiores, nominari. Primo et summo loco verticem, prox: infra hæc lineã frontis locus, Infra hanc supercilij, in inferiore, naso, in hac etiam inferiore, mento. Atq; hoc pacto descendit ad summos humeros, ad iugula, ad pectus, alas, scapulas, mamas, infra mamas, lumbos ubi incingimur, umbilicum, sinus coxarum, coxendices, aluum, pubem, extremitatem glandem, extremas nates, feminum sulcos, supra genu, supra poplites, medium genu, infra poplites, imum surcæ exterioris, imum surcæ interioris, montem pedis, imum tali exterioris, plantam.

Hec nomina suo loco in exemplis perpendicularib: lineis addemus quibus membrorum longitudo indicetur, Quo huius rationis quam in toto opere secutus sum euidencia constet.

His sic ordinatis ita longitudinem membrorum metieris.

Aincipite quod bregma dicitur usq; ad medij iuguli summitatem vna pars esto decima et vna undecima Ad summos humeros due partes. 11 Ad imum mentum vna pars. 7 Summitas verticis media est inter synciput et frontem A mento usq; ad radices capilli vna decima.

Hanc si partitus fueris in tria æqualia spacia, primũ frontem, secundum oculos et nasum, tertium os et mentum designabit. A iugulo usq; ad summum pectus vna. 30 Sub alas vna. 13. Ad mamas vna. 10. Infra mamas vna. 8. lumbos due. 11. A lumbis ad umbilicum vna. 40 sinus coxarum vna. 30 Imas coxendices vna. 10 Pudenda vna. 8 extremam glandem, vna. 6 Imas nates vna decima et vna. 11 Ab imis natibus usq; ubi femina quasi sulcantur id est ad medium femur vna. 18 A planta ad imum talum vna. 28 A planta ad montem pedis vna. 20.

Atq; ita corporis longitudines dimensus ad imum usq; femur, superest ut genu quoq; suo loco collocetur. Quod ubi factum erit de tota corporis statura tres inæquales mensiones existent. Nempe a summitate medij Iuguli ad imum usq; femur vna et longis; ab imo femore ad medium usq; genu, altera et qdem minus longa a medio genu ad imam usq; tibiã tertia et breuis: Superiora enim membra quod in homine obseruatu per est facile, longiora et firmitiora esse consuevere. Corpus, quod nomen sæpe audis, accipe ex partib: compositam et aptam longitudinem, compotem motionis. Nunc ad illas tres mensiones redeo, eas scito inter se certa proportione conuenire oportere, sic ut qua proportione corporis longitudo cõgruat cum longitudine coxæ, ductaratione a summo femore ad genu medium, ea proportione hæc cum tibiã comparetur.

Cæterum hoc, quod equidem non ubiq; sequor ita constitue a. b. c. a. b. latus esto transversum. b. c. rectum sic ut. b. rectum a tum latus. b. c. diuides punctis duobus. d. e. in tria æqualia spacia lineas duas rectas ad puncta. d. e. quibus proportionem eam quæ

In regula duob: punctis designabis totius corporis longitudinẽ gulum et imum femur. Similiter inferius imum talum sub tibiã tem iuguli ascribes. f. imi femoris. g. imi autem tali. h. postea re punctum. g. tangat lineam. a. d. supra memorati trianguli, et isti ta linea dimouebis, Regulam tamen super ea linea tantisper ver pertingat ad lineã trianguli. a. c. et dum infimum punctum. h. p lineam. a. b. Quib: ita perfectis secabit lineam. a. e. regulam inter ascribes inueniesq; designatas cum corporis longitudine tres r. Duce enim est proportio spacij. f. g. ad spatium. g. I. ea est a spa h. de puncto autem. f. summitatem medij iuguli intelliges, de pu puncto. X. medium genu de puncto. h. imum talum sub tibiã, in regulam ad triangulum applicatam inflectendam esse cum p recte stans latus. e. b. Ealem triangulũ licet æquatozem nomine trariam cum aliquid inuertere voles facere poteris, Sane plerum effectum utilitatem recte vsurpantib: suppedabit.